





DISSERTATIONEM HISTORICAM
DE

1772 21/25
SANGERHVSANO
CONVENTV

FORMVLAE CONCORDIAE
CAVSA HABITO ET EADEM IN
SCHWARTZBURGICIS TERRIS

APPROBATA

A. O. R. c19 19 cc XXXII. d. APRILIS

PRAESIDE

M. MICHAELE HEINRICO
REINHARDO

FAC. PHILOS. ADIVNCTO

DEFENDET

IOH. GODOFRED. HEECKIVS

SS. THEOL. STUDIOSVS

VITEMBERGAE

TYPIS EPHRAIMI GOTTLOB EICHSFELDII

3.



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
D O M I N O
CHRISTIANO

DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,
MONTIVM, ANGARIAE, ET WESTPHA-
LIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE, MAR-
CHIONI MISNIAE NEC NON VTRIVSQVE
LVSATIAE, COMITI PRINCIPALI DIGNI-
TATE HENNEBERGICO, COMITI MAR-
CAE, RAVENSBERGAE ET BARBYAE,
DYNASTAE RAVENSTEINII

ETC. ETC.

PRINCIPI AC DOMINO SVO LONGE
CLEMENTISSIMO



DSSERTATIONEM HANC HISTORICAM,
TANQVAM QVALECVNQUE DEMISSISSIMAE
DEVOTIONIS SVAE DOCUMENTVM,

CHRISTIANO
DVCI SAXONIAE CIVIAE
MONTM. ANGARIAE ET WESTPH.
LIAE LANDGRAEVO THVRINGIAE MAR.
CHONI MISNIAE NEC NON KENNIGSOE
LVSATIAE. COMITI PRINCIPALI SIGNE
TATE HENNEBERGICO. COMITI MAR.
CAP. BAVAR. NITROGAE ET BARRIAE
DICAT DEDICAT ET CONSECRAT
SERENITATIS SVAE PRINCIPALIS

SVBIECTISSIMVS ET DEMISSISSIMVS
CIVIS
M. MICHAEL HEINRICVS REINHARDVS,
FAC. PHIL. VIT. ASSESSOR





§. I.



Atis inde a morte beati Lutheri agitata erat ecclesia Lutherana Theologorum diffidiis, cum pertaesi discordiarum principes, quibus veritas diuina curae cordique erat, de concordia in ecclesiam revocanda serio cogitare inchoarent. Sed in his maxime elucet incredibile studium AVGVSTI Principis Electoris Saxonis, qui ad pacem veritatemque coelestem, quae fere ex academiis relegata aut exulabat aut in agris & pagis maximam partem latebat, SAXONIAE reddendam divinitus (a) excitatus, primus omnium de doctrinis controversis auctoritate & iussu principum Lutheranorum in unum corpus redigendis consilium cepit, sapientissimo instituto, ut nemo in ecclesiam ad docendum admitteretur, nisi controversiis ita decisus suffragaretur. Facile enim coniecit fore, id quod evenit, ut eiusmodi praefidio propugnaculove obiecto & veritatis hostes a cathedris publicis arcerentur & eadem veritas, imo eadem vox veritatis, omnibus in templis & scholis audiretur. Itaque nullis consiliis, nullis sumtibus & laboribus pepercit, quo minus id

A 2

effi-

(a) SELNECCERVS Recit. p. 40. divino plane Spiritus sancti afflatu, & non impulsu quorundam hominum inclytum Electorem Augustum - - - consilia iniisse existimat. Et Autores Formulæ Concordiæ Torgæ d. 7. Jun. 1576. Electori gratias agunt, daß E. Churfürst. Gn. mit solchem Christl. und brennendem Eiser, ohne Zweifel aus einem besondern Trieb Gottes des Heil. Geistes - - - sich solches Wercks - - - unterfangen, vid. Hutteri Concord. conc. p. 326. Cap. XI.

efficeret, quod animo conceperat ingenti. Quod consilium ut
 eo facilius succederet, prius & principum praecipuorum & Theo-
 logorum, quibus maxime fidebat, animos tentavit, illosque ad
 tale tantumque opus suscipiendum sustinendumque percom-
 mode praeparavit. Cum suis autem Theologis, quorum duo-
 decim, facile principes, ex omni *Saxonia Lichtenburgum ad Al-
 bim* convocarat, mense Februario anno MDCLXXVI. deliberavit,
 quanam ratione res perficienda, quidve maxime sequendum esset.
 Qui cum ipsi existerent autores suasoresque, ut alios quoque prin-
 cipes principumque Theologos insignes gravissimo in negotio
 sibi adiungeret, facile se passus est adduci, ut eodem anno
 mense Iunio praeter duodecim Theologos suos ANDREAM
 MVSCVLVM, CHRISTOPHORVM CORNERVM, IAC. ANDREA,
 DAVID. CHYTRAEVM, MAXIMIL. MÖRLINVM, MARTINVM
 que CHEMNITIVM, praecipua ecclesiarum Germanicarum lumina,
Torgam evocaret, ut in rem consulerent communem, decisio-
 nemque omnium controversiarum, quae Theologorum huc usque
 distraxerant animos, literis consignarent. Nec illud consilium no-
 vum aut inauditum Theologis erat. Nam & Theologi *Suevi* cum
Saxoniae Inferioris doctoribus in Formulam Concordiae inter *Saxo-
 nicas & Suevicas ecclesias* consenserant scribendam, & *Maulbrun-
 nense* scriptum, autoritate principis *Württembergensis* comitumque
Badensis & Hennebergensis ab ipsorum Theologis conceptum, om-
 nes illas controversias laculenter definitas complectebatur. Fa-
 cile animadvertit AVGVSTVS, autor statorque ecclesiae pacis,
 quantum praesidii his in duobus libris ad Theologorum ani-
 mos reconciliandos esset. Quos ut in concordia inita contineret,
 optimum fuit institutum Theologorum, ut ex duobus libris, quo-
 rum alter mole sua verborumque difficultate, alter brevitate la-
 borabat, *Torgae* facerent unum, qui, quicquid boni in utroque li-
 bro inesset, comprehendens, ab istis vitiis quam longissime abes-
 set. Haec fuit illa *Formula Torgensis*, quae initia dedit auspiciatissi-
 ma divino plane operi, quod Concordiae Formulam hodieque
 appellamus. Namque voluit AVGVSTVS, ut, quam maxi-
 mus esse posset, principum Theologorumque de hoc libro existeret
 consensus. Qua de causa haud ita multo post *Formulam Tor-
 gensem Hassiacis, Bipontinis, Holsatis, Brunsvicensibus* aliisque prin-
 cipibus eorundemque doctoribus misit, qualis sententia illorum de
 libro

libro esset, quidve in eodem culparent, diligenter quaerens. Nec fructu res suo caruit. Nam hac potissimum via & illi, qui Calvinii partibus clam assentiebantur, e latebris protracti sunt suis, & qui de una alterave doctrina adhuc dubitabant, mirifice sunt confirmati, nec minus alii de libro ipso quaedam utiliter & sapienter monebant. Qua de causa religiosae mentis princeps AVGVSTVS sex autoritate doctrinae insignes Theologos IAC. ANDRAEAE, ANDREAM MVSCVLVM, CHRISTOPHORVM CORNERVM, NICOL. SELNECCERVM, DAVIDEM CHYTRAEVM & MART. CHEMNITIVM in cœnobio *Bergensi* prope *Magdeburgum* sito mense Martio MDLXXVII denuo congregavit. His demum fuit datum inchoatum perficere opus. Cum enim modo ab aliorum iniustis accusationibus idem vindicarent, modo ex quorundam sententiis, licet non necessario attamen utiliter, subinde emendarent, modo etiam, cum nonnullos amplitudo operis terreret, compendium decisionum, quam *Epitomen* vocant, eidem adiungerent, factum est, ut in eam redigeretur forma, quae nunc est & concordiae restituendae maxime idonea habebatur, ex quo Formula Concordiae dicta est. Gravitas rei postulabat, ut, posteaquam ita correctae erat, iterum doctorum principumque sententiae de eadem rogarentur & quam plurimae ecclesiae, quae nondum sese AVGVSTO hoc in opere pacis adiunxerant, invitarentur. Ita enim apparebat, concordiam in ecclesiis Lutheranis firmam constantemque fore, si omnes, aut saltem quam plurimae, in illa certaminum definitione consentirent. Id quod in causa fuit, ut *Palatini, Hassiaci, Pomerani* aliique doctores de libro sic emendato rogarentur, & *conventus Sangerbusanus* institueretur, de quo cum HOSPINIANVM falso multa, HVTTERVM parce pleraque, tradere videam, operae pretium me facturum esse duco, si, quae in illo conventu acta quaeque eundem consecuta sunt, ex tabulis publicis literarumque monumentis fide dignis, quoad licet, luculentius iam exponam. Intellego enim viris doctissimis, qui, quicquid ad Formulae nostrae historiam pertinet, commemoratu dignum censent (b), facile operam hanc me comprobaturum, si, quantil-

A 3

lum

(b) cel. LOESCHERVS T. III. Hist. mot. cap. 5. p. 239. das Christl. Concordien Werk verdienet eine genaue und ausführ. Betrachtung, ja auch eine fleißige conservation aller darzu gehörigen Documenten. Item. ich will andern Gelegenheit geben zu dem gesammelten mehr beyzutragen, daß endlich ein völliges Werk daraus werden möge



lum illud sit, aliquid saltem lucis rei huic afferre possim. Est aliquid solatii, si qui aurum & argentum gemmasve ad tabernaculum Dei construendum apportare nequeant, quod nere saltem byssum & fila quaedam ad opus sanctuarii liceat conferre. Ad do illud, quod, si ab HVTTERO & HOSPINIANO discesseris, commune sit autorum ea de re silentium, usque adeo, ut MÜLLERVS, Chronici, quod fisco addictum esse ferunt, Sangerhusani autor, ne verbo quidem rem memoratu dignissimam attingat, licet diligens sit scriptor & capite peculiari de iis egerit rebus, quae ad ecclesiae res quoquo modo spectare existimavit

§. 2. Equidem doctores ecclesiarum scholarumque *Sangerhusanae* dioeceseos (c) iam antea *Martisburgi* in Concordiae Formula consentientes suum eidem subscripserant. Sed AVGVSTVS Saxo, in suffragiis ordinum imperii colligendis compendium facturus, comites civitatesque imperii (d), ad sylvam *Hercyniam* fitas, *Sangerhusam* instituit evocare, quod oppidum in *Thuringia* situm, quoniam medium inter illorum ditiones iacebat & sub ipsius erat potestate, maxime omnium opportunum huic rei efficiendae videbarur. Facile apparer, *Schwartzburgicos*, *Mansfeldenses*, *Hobensteinensem* & *Stolbergenses* comites, *Erfuribum* autem *Mühlbusam* & *Nortbusam* civitates imperii appellatione illa significari. Quos singulos quia sub imperio suo quodammodo esse putavit, Saxo, ut Sangerhusae una cum Theologis pacificis quibusdam d. 3. Sept. convenirent, de Formula Concordiae approbanda deliberaturi, non tam petiit, quam, cum insigni licet gratiae significatione, iussit. Literae quidem AVGVSTI ad comites *Schwartzburgicos* (e) datae GÜNTHERO BELLICOSSO missae sunt, qui aetate reliquos & autoritate facile anteibat. Cum de *Schwartzburgicis* ecclesiis inprimis praecipere mihi animus sit, non abs re erit, quae ad regionis illius regimen faciunt intelligendum, antea quaedam monere. Fuit tum omnis
Schwartz-

(c) SELNECCERVS Recit. p. 94. S. Idem postea factum est *Martisburgi* a Superintendentibus & ministris ecclesiarum & scholarum *Martisburgicarum* & *Sangerhusanarum*. (d) Ita enim Theologi *Schwartzburgici* 1578. ad suos comites: auff Befehl - - haben - - wir empfangen die F. C. so sie (scilicet comites) 1577. zu *Sangerhausen*, wie auch die andern *Hartgrafen* vndt *Stedte* daselbst versamlet auf Anordnung *Ehrfürst AVGVSTI* erhalten. (e) Scriptae sunt *Obern* hatu d. 11. Aug. 1577

Schwartzburgia in partes divisa quatuor. Quarum una eaque praecipua sub potestate GÜNTHERI BELLICOSI fuit, qui *Arnstadii* maximam aetatis partem degit. Altera, *Sondersbusana* ditio, paruit JOHANNI GÜNTHERO comiti, reipublicae gerundae gentisque amplificandae suae admodum studioso. Tertia, *Franckenbusana* portio, GVILIELMO, & tandem quarta *Rudelstadiensis* ALBERTO VIII. haereditate venerant paterna. Hi quatuor filii fuerunt GÜNTHERI XL, qui eo maiori dignus est gloria, quo insignius fuit illius studium in sacris restaurandis. Sed cum GÜNTHERVS BELLICOSVS & GVILIELMVS prole carerent, factum est, ut iam duae Schwartzburgicae gentis familiae supersint, quarum una *Sondersbusana* a IOANNE GÜNTHERO altera *Rudelstadiensis* ab ALBERTO VIII. descendentes hodieque florent. Verum enim vero ut eo redeamus, unde divertimus, AVGVSTVS quam facile comitibus, ut convenirent, edixit, tam difficulter *Schwartzburgenses* paruere. Hi enim id sibi agendum maxime putarunt, ut ne ulla ratione Saxonis imperio subesse, aut de iure suo aliquid remittere, viderentur. Idem cum concordiae negotium longe utilissimum impedire sibi ducerent religioni, optimum inventum est temperamentum, ut ipsi comparere detrectantes, suos mitterent Theologos, qui de re Theologica Saxonis Theologos audirent. Hoc enim GÜNTHERVS epistolae AVGVSTI exemplum IOANNI GÜNTHERO, quem idem GVILIELMO, a quo proxime aberat, mittere oportuit, & ALBERTO fratribus mittens (f) omni ratione

(f) Ita enim eidem scribit: Was der Churfürst zu Sachsen vund Burggraf zu Magdeburgk etc. v. gt. hl. an uns gebrüdere alle Craven zu Schwartzburgk schreiben vndt begehren thut, haben E. L. auß der beigelegten Abschrift nach lengst zuvernehmen. Diweil nun gleichwohl E. L. Bedencken und Meinunge, was sie dießfals hierin zu thun gesinnet, uns von nöthen syn will, (Wie wir dann solches an den auch wohlgebornen vnsern freundlichen liebenn Brudernn Graf Albrechtenn auch gelangenn lassenn) so bitten wir freundlich E. L. wolle vnns dero Rathhames Bedencken zu senden. Vnsere Meinunge aber wehre dieses, das wir vonn vnser dreyer Gebrüder wegen vnsern Superintendentens alhier, neben einem andern gelehrten Pfarrer auß den bestimmbten Tag nemlichen den 8. Septembris genn Sangerhausen zu Anhörung vnd Vorlesunge des gestelten Formulars vnd Exemplars abfertigten, darneben einer Schriefft vndt instruction vorgleichen. das wir zu Anhörung solches Werkes willig vund gerune erschienen, so hefte vnns Leibs Schwachheit

tione suasit. Censuit ex suis Theologis duos & in his M. CHRISTOPHORVM HELMRICVM, Praefulem Ecclesiarum suarum Arnstadiensem, *Sangerbusam* ablegandos, cui qui commode adiungi posset, ipsi deligerent. His dandum esse in mandatis, ut comites heros excusarent, qui, quo minus venirent, variis impedimentis prohiberentur, nec de controversiis illis subtilioribus iudicare auderent. Cumque incongruum foret, ut unus praeful omnium nomine pastorum Formulae Concordiae subscriberet nomen, petendum esse libri huius exemplum, de quo deinceps omnes ecclesiarum suarum pastores convocati deliberarent. Petiit autem a *Ioanne Günthero*, quodsi secum ea de re consentiret, ut, quomodo Theologi legandi se gerere deberent, literis consignaret, earumque sibi mitteret exemplum.

§. 3. Arcta necessitudo & amicitia *Schwarzburgicis* cum *Hobensteinsibus Stolbergenibusque* comitibus inde a multo tempore intercedebat, quarum ditiones quoque *Schwarzburgiam* proxime attingunt. His aequae ac *Schwarzburgensibus* lites perpetuae fuerant cum Saxone de imperio, quod in eos habere se censebat. Facile igitur *Güntherus* animadvertit, communem hic causam

Schwachheit vndt andere Vorhinderungen darvon abgehalten, auch vber dieß die Sachen vber unsern Verstand vnd vns zu hoch wehren, derwegen bitten thetten, Daß vns hochgedachter Churfürst vnserer nit erscheinens gnedig entschuldigt halten wolte, hetten aber gleichwohl von vnsern Gelerhten vnd Theologen zween dahin genn Sangerhausen abgefertigt, vnd bebohlen neben andern solch Bericht anzuhören, vnd nachdem es gleichwohl ein hohes, Daß vnser Superintendentens von aller Pfarrer wegen sich vnterschreiben solte, so wehre vnser Bedencken, daß Inn der Instruction vermeldt würde, wie ehr bevelich hette, bey den Churfürstlichen Abgesantten geistlichen vnd politischen Rätben vmb Abschrift des vorgelesenen Exemplars zu bitten, vnd dasselbe mit zurük zu bringen, Darneben sich erböche, dieweil es albereit von vieler Chur vnd Fürsten Theologen vnterschrieben worden, so wolte man sich nach Zusammenforderung vnserer Theologen vnd beschener Vorlesung auch angehörthem Bedencken aller Gebür ergeben, Do nun E. L. also off dießmats mit vnns einig, so wollen Ew. L. alsdann eine Instruction stellen, vnd vnns zu senden lassen, hetten aber E. L. ein ander Bedencken, so werden sie vnns dessen auch verstendigen. Gleichfals wollen E. L. zurthen vnd nachdencken, was man für eine Person von vnsern Theologen vnserm Superintendenten zu ordnen möchten. Haben E. L. nit bergen sollenn, vnd seind derselben freundlich vnd brüderlich zu dienen ganz willig. Datum Arnstad denn 19. Augusti an. 77.

sam agi, nec quicquam ex re *Schwartzburgicorum* esse magis, quam, ut consilia inter se conferentes, ex composito rem omnem conficerent. Hoc enim & tutissimum ipsis fore, atque, si eadem ratione agerent plures, invidiam, in quam inobedientia sua saltem necessaria apud Saxonem ipsos adduci videbar, optime declinari posse, prudentissime iudicavit. Qua de causa die, uti videtur, statim insequenti, posteaquam illa scripserat, monuit IOANNEM GÜNTHERUM fratrem, ut, quoniam ipse Sondershusae, adeoque illis comitibus propior, esset, eosdem quam primum, ad consiliarios suos certo quodam die in locum aliquem constitutum mittendos, pro amicitia sua induceret, qui, qua ratione dies Sangerhusanus potissimum obeundus esset, una cum singulorum *Schwartzburgicorum* fratrum consiliariis consultarent. Quod consilium non poterat non IOANNI GÜNTHERO, comiti rerum gerendarum peritissimo, maximopere se comprobare. Itaque sine mora & GVILIELMUM, cui epistolarum Saxonicarum una misit exemplum, & GÜNTHERUM, fratres, una cum *Hobensteinensi Stolbergensibusque comitibus* literis humanitatis plenis Sondershusae d. 21. Aug. anno 1577. invitavit, ut d. 27. Aug. unum duosve ex consiliariis suis *Greussenam*, quod oppidum in ejus ditione erat, legarent, qui die consequenti de re omni sententias conferrent. ALBERTVM fratrem ab ipso invitatum esse, aut deinceps mississe legatos, non invenio. Cujus rei causas indagare difficile est. Forſan peregre profectum esse norat. Forſan etiam simulas quedam in causa fuit, quae interdum fratrum quoque distrahit animos. Et ex fratrum reliquorum consensu res decidenda erat. Quorum autem legati petebantur, illi consilium & utile & necessarium facile secuti sunt. Sic VOLCMARUS WOLFIVS, comes *Hobensteinensis*, (g) rei gravitate adductus, se suorum quendam die constituto missurum esse, prolixè promittit. Nec dissentit GVILIELMVS frater. Cum autem *Stolbergenses* comites, HENRICI filii, per aetatem ad rempublicam nondum accessissent, ALBERTVS GEORGIVS quoque, qui solus rebus prae-

B

erat,

(g) Datum Lohra den 22. Augusti anno 1577. ubi inter alia de hac re, weyl wir dan darin allerhandt Bedencken, Als lassen wir uns E. E. schreiben gefallen, wollen auch jemandes der unsern dergestalt abfertigen, das ehr ic.

erat, domo abesset, eorundem consiliiarii censent (h), parum aut nihil de Formula Concordiae, quae herorum suorum nemini lecta aut visa sit, dici posse. Nec inconsultum tamen videri, si comitum suorum aliquis una cum Theologis & consiliiariis Sangerhufae comparere vellet. Qua ipsa de re tamen valde dubitant, quod d. 10. Sept. Dresdam comites vocari sint. Nec ipsos, nisi ab heris suis iustos, *Greussenam* accedere, decere. Sed melius, quam consiliiarii, suis consuluit rebus ALBERTVS GEORGIVS. Cum enim non minus in rebus gerendis quam excogitandis promptus esset, haud difficulter coniecit, *Greussenae* de re omni aliud nihil consultari posse, nisi utrum comites ipsos Sangerhufam abire oporteret, an vero minus. Itaque, cum omnium illorum comitum res haec interesset, quod reliqui *Greussenae* definirent, se secuturum esse, decernit. Quale igitur *Greussenense* decretum fuerit, ut sibi significarent, per consiliiarios suos a *Sondershusanis* (i) petit. Dum haec inter *Sondershusanum* reliquosque comites geruntur, accidit interea opportune, quod causae plurimum attulit adiumenti, ut IACOBVS ANDREAE & NICOLAYS SELNECCERVS, Theologi, ad ecclesias Saxonicas emendandas & pastorum nomina, quae Formulae Concordiae subscriberentur, colligenda, ab AVGVSTO Electore Principe missi, cum *Thuringiam* circumirent, ARNSTADII GÜNTHERVM *comitem* d. 22. Aug. adirent. Cui, quid ageretur, quas ob causas & qua ratione Formulae Concordiae opus susceptum esset, cum exposuissent, mirifice comitis animum confirmarunt. Qua de re pro singulari studio & amore suo, quo in doctrinam divinam ferebatur, concordiae negotium hoc salutare, sanctum, Christiano omnique laude dignissimum esse, datis ad IOANNEM GÜNTHERVM fratrem (k) literis iudicat, atque depraedicat, non sine

(h) Ita Stolbergische Reihe vndt Bevehlhaber an die Schwarzburgischen Reihe und Bevehlhabern zu Sundershausen. Datum Stolberg den 26. Augusti an. 1577

(i) Sic in dem consiliiarii Stolbergenses ad consiliiarios Sondershusanos eodem ipso die, mandato heri sui accepto, scribunt

(k) Datae sunt literae Arnstadii d. 23. Aug. ubi praeter caetera inquit: Wir halten dafür, wenn es also fortgängig ins Werk gar gerichtet und Bestand haben soll, darzu der Allmächtige GOTT seine göttliche Gnade verleihen wolt, daß es ein Christlich, heylsam, heilich vndt hochlöblich

sine insigni animi laetitia, concordiae librum, qui cum comitibus communicandus sit, a duumviris illis Theologis se accepturum esse, eidem significans, & quia de conventu *Greussenensi* indicto nihil adhuc resciverat, hunc omnino maturandum esse contendit

§. 4. Animis comitum ita praeparatis, *Greussenae* conventus d. 27. Aug. ex voto omnium successit. Adfunt legati, consilarii comitum IOANNIS GÜNTHERI *Sondersbusani* & GVILIELMI *Franckenbusani*, *Schwartzburgicorum*, aequae ac VOLCMARI WOLFFII *Hohensteinensis*. Plerique sub vesperam veniunt *Greussenam*, ut sine mora statim die sequenti rei, cujus causa accesserant, initium facere possent. Praeterquam vero, quod *Stolbergenses* legati, quoniam ipsorum hero, reliquorum comitum decretum potius sequi quam consiliis suis iuvare, erat constitutum, aberant, GÜNTHERI quoque *Arnstadiensis* consilarii expectantur. Sed eorum loco Ioannes Güntberus Güntberi fratris epistolam luculentam accipit & consilii plenam. Huic quidem conventus *Greussenae* institutus placet, sed consiliorum suorum, quibus alibi opus habeat, absentiam vehementer excusat. Neque tamen consilio comitibus vult deesse. Itaque Sangerhusae die constituto comparandum esse omnino censet, non tam quod AVGVSTO Electori principi, qui diem indixerat, potestatem aliquam, quam in suas ecclesias & provincias habeat, comites concedant, quam ut concordiam, in religionis causa ineundam, quemadmodum alii Electores Principes & ordines imperii, *Augustanae* confessionis sacra profitentes, iam fecerant, sua quoque ex parte iuvent. *Schwartzburgicorum* igitur comitum nomine M. Christophorum Helnricum Praesulem *Arnstadiensem*, si ita videatur, cum literis, quas ex voluntate reliquorum quoque fratrum scripturus sit, *Sangerbusam* se missurum esse promittit. Ut autem comites ipsi adeant *Sangerbusam*, minus necessarium videri, quod D. Iacobus Andreae & Nicolaus Selneccerus, *Saxonis* Theologi, ad hoc negotium delegati, iam *Arnstadii* affatum se docuerint, quae sit ratio operis utilissimi Christianoque omnino digni, ipsum librum, cui plerumque

lößlich Bergk seyn wird. Sie haben vns auch zugesagt, das Buch, das alle Theologen und Pfarrer subscribiren sollen, in wenig Tagen anher zuschicken, welches da es vns zukömmt, wollen wir es E. E. auch zuferthigen, daraus sich E. E. erschen, vund andern auch mittheilen können ic.

rumque principum Lutheranorum Theologi subscripserint nomina aut brevi subscripturi sint, Iena propediem ad se missuri. Quodsi autem praesul ipsorum *Sangerbusi* redux, quae ibi gesta sint, indicarit, tum vero ex re communi fore existimat, ut *Stolbergenses & Hohensteinensis comites* cum *Schwarzburgicis* denuo convenirent, quale responsum ex omnium consensu *Saxoni* dandum sit, consultaturi, ne vel iurisdictione ecclesiastica priventur, vel aliter, atque ipsos deceat, segerant. Etsi autem non dubitat reliquos in sententiam suam ituros esse, tamen, quid consilii *Greussenae* congregati censeant, sibi vult indicari (1). De in-

- (1) Dedit Epistolam ad Ioh. Güntherum Güntherus Arnstadii d. 26. Aug. An. 1577. Dignam iudico, quae hic legatur. Wir haben E. L. Schreybenn empfangenn vund seines Innhaltts vorlesen, was nuhin das Schribenn an die deputirten belangett, wollen wir solches zu ebisier Gelegenheit inn vnser dreyer Gebriöder Nahmenn verfertiggenn vund ausgehen lassen, die Religionn-Sachen anlangenn lassen wier vnns gefallen, das sich E. L. mit vnsern Freunden dem Grauen zu Stolberg vund Hohnstein einer Zusammenkunft gegenn Greussen vff den nechstenn Mittwochenn vorglichenn, woltenn auch solchenn Tag durch vnser Reche gene beschickett habenn, so habenn wir dieselbe an andere Ortter vorschickenn müssen, wier sind aber der Meynung, dieweil das vorhabende Bergk zu Gottes Ehrenn und friedfertiger Wolfart der Christlicheenn Kirchen gereichett vund gleichwol der Vorbeschied gegenn Sangerhausenn in effectu dohin gerichtett, das alleine der Regierenden Grafen einer nebenn einenn vnuerdichtiggenn friedliebendenn Theologo berurtes Ortes vund wie solch Bergk vorrichtett werden könnne, anhören sollenn, das vnns inn alle Wege gebürens will angezeigten Vorbeschied zu besuchen nicht der Meynung das wier dem Churfürsten zu Sachsen vund Burggraueenn zu Magdeburgk ic. vnserm gnedigsten Herrn als diesfalls dem aussehendenn Fürstenn einige Iurisdiction inn vnsern Kirchen Schuelen vund Landen einräumeten, sondern das wier die verhoffentliche Concordiam in religione nebenn vund mitt denn andern Churfürstenn Fürstenn vnd Steuenden, so der Augspurgischen Confesion verwand, auch vor vnserer Veron befördern helffeun, derhabenn sind wier bedacht, inn vnser dreyer Gebriöder Nahmen (wosere E. L. duffals mitt vnns einigk) vnsern Superintendenten alhier Magistrum Christophorum Helmreich vff denn angesagten Tagk gegenn Sangerhausenn mit eynere Schrift abzufertigen, denn das vaser einer in der Person erscheynen solltte, achtenn wir vor vnnothigk, dieweil vor wenigk Tagen die beyde Churfürstliche Commisarien so zu denn geistlichen Sachen verordnet, als Doctor Iacobus Andreae vund Doctor Nicolaus Snelcker alhier bey vnns gewesen, do sie vnns dan nottürfftigen Bericht gehan, wie es vnns angeregt Christlich vund hochnützlich Bergk geschaffenn, haben vnns

industria epistolam ampliolem volui recensere, quod ex *Güntheri* consilio res omnis gesta est. Nam cum legati, qui *Greussenae* erant, sententias inter se conferrent, diu multumque de re tota deliberantes, tandem melius consilium, atque *Güntberus* dederat, se habere negant, unum hoc tantum praeterea utile fore iudicantes, ut pro Comitatum numero singulos Theologos consiliarii singuli Sangerhusam comitarentur, quae hic gesta sint, heris suis exposituri. Quam consiliarium suorum sententiam cum *Ioannes Güntberus* approbasset, consiliarii *Sondershusani Stolbergenfibus*, qua de re *Greussenae* conventum sit, nuntiant (m), *Güntberus* epistolam una mittentes, ut ipsorum comites consilio communi pro arbitrio suo uti possint. Etsi autem *Güntberus* illud quoque non inutile fore arbitratus est, si, cum Sangerhusa redierint legati, comites iterum convenientes, quale responsum dandum sit, in medium consulerent, eiusmodi quid tamen factum esse, non inuenio. Nec illud fortasse necessarium videbatur, cum nihil iniqui, nihil, quod iuribus suis adversaretur, aut ab aliis principibus non item factum sit, a se peti viderent

§. 5. Rebus ita compositis, d. 8. Sept., prouti Saxo iusserat, Sangerhusae conventum est. Aderant Theologi & consiliarii ab Augusto Electore Principe, ut, quid fieri a comitibus & civitatibus imperii convocatis vellet, exponerent, missi. Inter Theologos quidem IACOBVM ANDREAE & NICOLAVM SELNECCERVM primos fuisse, facile apparet, utpote qui in Thuringia ad concordiae opus

B 3

confi-

vns auch zugefaget das Buch welches Cuhr und Firßen vnd andern Stenden Theologen mehrertheils vunderschriebenn vnaod nochmahls vunderschreiben werdenn vnaod Thena aus, heute oder morgenn anhero zuschieffenn. Wann nuhan obgenannter Superintendenten zu Sangerhusen gewesen, vnaod nebenn andern anwesenden Grauen derselbenn Abgesandtenn vnaod Theologen das Antrageen gehoret, vnaod vns referiren wird, so sehenn wir vor guth an, das wir vns mit den Grauen zu Stolbergk vnaod Hunstein wiederumb zusammen bescheyden, vnaod vns einer einhelligen Antworck vngleichenn damitt wir nicht vmb vnsere geistliche Jurisdiction kommen vnaod denn Sachenn nicht zu viell noch zu wenigks thuen mogenn, zuvorsichtigl. E. L. werdenn mitt diesem vnsers Bedenckenn zufrieden sein, doch bitten wir vns derjenigenn, so die abgesante Reche zu Greussen berathschlagen vnaod vor gutt ansehen werdenn, zu berichtenn ic. Dat. Ursiad Montags den 26. Augusti an. 1577

(m) Bevordnete Rede zu Sundershausen an die Stolbergischen Rede Datum 29. Augusti anno 1577

conficiendum iam per complures dies ex Augusti voluntate hærebant, nunc Iena (n) iter facientes Sangerhusam. Nec minus admodum probabile est, inter Saxonis consiliarios IOANNEM a LINDENAV fuisse, qui Sangerhusanae ditioni præfectus erat, cuiusque deinceps quoque multa opera in concordiae opere perficiendo fuit. A Schwartzburgensibus M. CHRISTOPHORVS HELMERICVS, Arnstadiensis Præsul, una cum consiliario missus est. Stolbergensium Hohensteinensisque comitum nomine Theologi singuli, iique præcipui, una cum singulis consiliariis comparent. Nec minus civitates imperii (o) Mühlbusa, Nortbusa & Erfurtum, legatos cum Theologis mittunt. Mansfeldenses Comites, (p) qui Saxonis imperium religiosus verebantur, quod iam tum ipsorum terris, qui res eorum administraret, aliquis a Saxone præfectus erat, ipsi adsunt, quos ipsorum Theologus CYRIACVS SPANGENBERGIVS, non unis literarum monumentis insignis, huc comitatus erat. Reliquorum quidem comitum, qui aberant, legati, herorum suorum absentiam valde excusant. Sed hos ita congregatos Augusti Saxonis legati die sequenti d. 9. Sept. primum plane & perspicue docent, quæ dissidia interna eoque infestiora ecclesiam nostram agitarint, quantopere in concordia Theologorum restauranda herus ipsorum laborarit, qua ratione Formula Concordiæ sit conscripta, quomodo subinde emendata, & quamplurimis principum & doctorum suffragiis iam confirmata, & quæ hucusque præter ea operose huius causæ acta sint. Tum vero ipsis quoque præsentibus comitibus & legatis librum Concordiæ tradunt, heri sui nomine studiose petentes, ut ipsi quoque decisioni illi controversiarum, suffragarentur. Iubentur autem (q) id inprimis

(n) Nam Ienæ Theologos illos adhuc d. 27. Aug. fuisse ex epistola Güntheri comitis Schwartzburgici data d. 26. Aug. intelligitur

(o) Hos enim comites & civitates imperii Hartzgraffen und Städte vocari patet in literis Theologorum Schwartzburgicorum § 7. recensendis

(p) Comites Mansfeldenses omnino affuisse oportet, quia Hutterus in Concordia Concordi cap. 19. p. 576. Comites quosdam Sangerhusæ fuisse commemorat, reliqui autem Comites convocati aberant, uti supra id dedimus demonstratum

(q) Verba propositionis ex tabulis Dresdensibus publicis recenset Hutterus l. c. derowegen von höchstermeldden Churfürsten zu Sachsen u. vielgedachtes Buch den anwesenden Herrn Grafen, Herrn vund Etedten

inprimis curare, ut eorum Theologi diligenter & attente, divinaeque maiestatis memores, si perlegerint librum, sententiam de eodem dicant, sua deinceps nomina illi, si placuerit, subscribant. Nec enim illos vi ad hoc agendum cogendas, aut conscientias ipsorum ulla ratione onerandas esse. Verba *Iacobus Andreae* videtur fecisse, vir disertus & rerum gerendarum admodum peritus. Cui quum plurimum fideret *AVGVSTVS Saxo*, opera illius hoc in negotio administrando maxime usus est. Huius quoque oratio, quam in hoc conventu habuit, vehemens & gravis & ad auditorum animos movendos composita (r) praecipue celebratur. Tantum enim abfuit, ut vel minis extorquere vel elicere blanditiis comitum legatorumque consensum voluerit, ut potius gravissime illos admoneret, sanctissimo in negotio haberent conscientiae suae rationem, nec quicquam timide aut in ullius hominis gratiam agerent, quam impune conscientia violeretur, exemplo recenti & ad animos percellendos efficaci *D. Stöffelii* confirmans, qui, quod sponte hocque scelestius divinam prodiderat veritatem, in mortis agone de salute sua desperans, misere haud ita multo ante perierat. Quae petitio *Saxonis Septemviri* comitum legatis non poterat non aequissima videri. Quod enim hi ab heris suis *Schwartzburgicis Stolbergenfisibus Hobensteinisque*, uti antea vidimus, diligentissime iussi erant contendere, ut cum Theologis suis hac de re agere sibi liceret, idem iam sibi non tam concedi quam offerri, imo posci enixe, intelligebant. Facile etiam horum in sententiam *Mansfeldenses* comites civitarumque imperii legati concesserunt. Quapropter omnium comitum legatorumque una vox, eadem mens, fuit, idemque responsum datum (s), ut, cum

Theolo-

ter übergeben wird, dasselbige förder ihren Theologen unter die Hände zugeben, daß sie solches in Gottesfurcht lesen, ihr Bedenken darauf eröffnen, und dann demselben unterschreiben, es soll aber kein gezwungen oder aufgedrungen Wort seyn, noch jemand's Gewissen beschweret werden. Idem comitibus propositum fuisse Schwartzburgenses doctores fatentur in epistola §. 7. recensenda, & Augustus El. in epistola ad Schwartzburgenses Comites Annaburgi d. 16. Dec. 1580. data, quam infra vide

(r) Hutterus ibidem

(s) Verba recessus huius conventus, quem vocant, ex tabulis publicis refert Hutterus l. c. Ist also das Buch dergestalt von allen angenommen

Theologis suis librum acceptum se communicare velle, & omnia, quæ salva veritate & conscientia a se fieri petive possent, facturos esse, pollicerentur. Solus *Spangenbergius*, qui in comitatu *Mansfeldensium* erat, impedimenta quaedam obiecturus esse videbatur, qui a *Flacii* partibus diu & accerrime steterat, de peccato originis perperam docens, atque, tum doctrina plane egregia, tum strenua alias veritatis defensione, omnium illarum regionum in se converterat oculos. Sed *Iacobus Andreae*, qui ad Theologorum concordiam stabiliendam natus divinitusque datus esse videtur, diu multumque cum eodem (t) disputans, omnia tentavit, ut vir alioqui summus cum veritate divina in gratiam rediret. Haec tum gesta sunt *Sangerhusae*. Plura, quæ pro certo affirmare possim, in tabulis publicis Schwartzburgensibus non inveni. Nam quod legati *Schwartzburgici* praesentes ad heros suos, quæ acta essent, referebant, pauca literis mandata esse reperimus. Memini enim *Seckendorfsium* quoque alicubi conqueri, quod pro temporum illorum ratione tabulae publicae taceant, ubi viva potius voce quam epistolis res actae sint, quoniam non tam posteritati, quam heris suis, se scribere existimabant consiliiarii, quæ in tabularium publicum inferebant. Et commemoratum legimus (u)

quod

nommen worden, daß sie es ihren Theologen zustellen, und was mit gutem Gewissen, ohne Verletzung desselben, und ohne Nachtheil der Wahrheit geschehen könne, mögliches Fleißes, und unterthänigstes Gehorsams thun wolten. Cum quo responso convenit illud, quod Augustus ad Schwartzburgenses comites Altenburgi d. 13. Ian. 1780. scribit, quam epistolam infra vide

- (t) Hospinianus in Concordia Discorde Cap. XIX. T. V. Opp. p. 182. refert, Polycarpum Leyserum, d. 20 Octobr. literis ad Michaellem Iudicem datis hunc fecisse certiorem, quid in hoc conventu Theologorum *Sangerhusae* actum sit, & colloquium *Iac. Andreae* cum *Spangenbergio* in eo habitum simul descripsisse, quas literas ad manus suas pervenisse negat. Ipse eas frustra quaesivi in *Sylloge Epistolarum Polycarpi Leyseri* a pronepote huius Polycarpo Leysero in lucem editas. Sed ex eo colligitur, Leyserum quoque *Sangerhusae* rebus agendis interfuisse
- (u) Hospinianum plane oportuit ignorasse, quid *Sangerhusae* actum sit. Hic enim, quæ ibi gesta sint, tacet, & tantum deliberatum esse dicit de modo congregandi synodum, vel conventum Electorum Principum aliorumque ordinum, atque etiam Theologorum, ut obstacula Formulae Concordiae obiecta amoverentur. Ibi, ait, decretum

quod plura notatu digna ibi proposita non sint, quia contagii causa, quod *Sangerbusam* tum infecerat, diutius ibi tuto se comorari posse negantes, legati abitum maturabant

§. 6. Itaque hinc comitibus domum, illinc legatis ad suos reversis, quod promissum erat, comites & imperii civitates perficere contendunt. Nec dubitamus, singulos, Theologis ipsorum Formulam Concordiae cum verbo Dei consentire confirmantibus, tum demum ad nomen suum eidem subscribendum se contulisse. Reperimus autem in praefationis fine, quae Formulae Concordiae praefixa est, comitum *Schwarzburgicorum, Mansfeldensium, Hohensteinensis & Stolbergensium* non minus atque *Mühlbusini & Erfordensis* senatus nomina extare. *Mühlbusinovum* autem & *Mansfeldensium* pastorum nomina etiam primae editioni laudatissimi libri adiecta sunt. Vellem sane, *Vollandus, Mühlbusinus* doctor longe doctissimus, in suis *Sacris Mühlbusinis* historiam hanc attigisset. Nec capere me fateor, quare solus senatus *Erfordensis*, Theologi ipsius autem non item, Formulam Concordiae subscriptione nominum solenni comprobant. Sed *Northusensium* neque senatus neque doctores, suffragium suum ulla ratione restati esse leguntur. Cuius silentii suspecti causa danda est. Commemoratur (x) autem iudicium, quod Theologi *Northusenses* de Formula Concordiae

C

tule-

cretum esse, ut ante synodum a singulis subscriptio sine omni exceptione aut conditione ulla postularetur. In quod decretum, quod sibi fingit, mire invehitur. Sed idem praeter haec enarrat, quosnam ordines Palatinus, & Saxo, Electores, Philippus Ludovicus & Ioannes, Palatini fratres, Marchio Anspacensis, Iulius Brunsvicensis, Carolus, Marchio Badensis, Wirtenbergensisque dux debeant ad synodum vocare. Quae omnia consultata & definita esse, Hutterus, tabularii publici Dresdensis fide nixus, negat. Nec aliud tabulae publicae Schwarzburgicae indicant. Et plane absolum est illud, quod Saxoniae Electorem citare debere ait, praeter alios, comites Schwarzburgicos, Stolbergenses, Mansfeldenses, Hohensteinensem, Erfurthenses, Northusanos & Mühlhusanos, qui iam aderant Sangerhusae, & Formulae Concordiae se propitios valde esse declararant

(x) Vid. *fortgesetzte Sammlungen* 1729. p. 192. ff & p. 200. inquit hac de re: Cum igitur in ullo loco liber Concordiae utatur phrasibus, quae, si absolute & per se considerantur, videntur ubique esse alienae a locutione usitata in scriptis Evangelistarum & Apostolorum, notemus nos illis in praesentia implicari. Scripta autem haec Northusensium sententia est Northusii d. 9. Ian. anno 1581

tulerunt. Cum enim anno cIo Io LXXX. de hoc libro sententiam suam dicere iuberentur, primum cunctati, deinceps censuerunt, se neque Formulam Concordiae improbare, neque aliorum subscriptionem reprehendere. Sed in illo loco, qui de persona Christi tractat, verba quaedam & locutiones, etiamsi in doctrina ipsa consentiant, offendere sibi videntur, quae a sermone literarum sacrarum sint aliena, si nude & in se considerentur. Quarum ipsarum locutionum explicationem iustam se admittere posse concedunt. Illi quidem, doctrinae suffragantes, haerent in vocabulis, quae, nisi Spiritus Sancti stilo scripta sint, ab hominibus vix recte deligi posse, nimis timide opinantur. Illa autem doctorum *Northusensium* vel cunctatio, vel nimia, quam forte iam antea sermonibus prodiderant quotidianis, sollicitudo sine dubio fuit in causa, ut & ipsi, & ipsorum quoque magistratus, a nominum subscriptione absterent. Sed quid hoc rei est, quod, quum *Schwartzburgicorum*, *Hobensteimensis*, *Stolbergensiumque* comitum nomina in praefationis sine legantur, doctorum nomina a catalogo doctorum, qui formulam Concordiae approbarunt, absint. Quare tres tantum comites *Schwartzburgici*, *Ioannes Güntherus*, *Guilielmus* & *Albertus* Formulae Concordiae nomina subscripserunt. Quare non idem fecit quartus frater *Güntherus Bellicosus*, qui primus natu erat, quem concordiae opus tantopere depraedicasse vidimus. Fateor ista me commovere, ut iam, quae porro in *Schwartzburgia* Formulae Concordiae causa dicta scriptae sunt, accuratius aggrediar explicare. Nam cum ecclesiae *Schwartzburgicae* contemnendae non sint atque ducentae & amplius numerentur, illarum & investigare & nosse rationes, cum utile tum iucundum esse existimo. Atque ex iis, quae apud *Schwartzburgicos* facta sunt, iudicium quoque de *Stolbergensibus* *Hobensteimensibusque* ecclesiis ferri potest, quas, perinde ac ipsos comites, *Schwartzburgicorum* rationes in hoc negotio maxime securas esse, supra vidimus.

§. 7. Equidem *Güntherus Bellicosus*, *Ioannes Güntherus* & *Albertus VIII. Schwartzburgici* comites statim anno infrequenti cIo Io LXVIII. omnibus doctoribus tum ecclesiarum tum scholarum, ex pagis, oppidis & praefecturis ditionum trium suarum, *Arnstadiensis*, *Sondershusanae* & *Rudelsstadiensis* convocatis, librum concordiae, *Sangerhusae* acceptum, tradiderunt, quem diligenter & le-

& legerent & considerantes iudicarent, utrum in eodem aliquid nota & censura dignum reperitur, an minus. Si quis, ullum vitium in eodem iure reprehendere posse, sibi videatur, hunc sententiam libere & ingenue dicere iubent. Sin autem nihil in eodem inest, quod a veritate divina & literis sacris sit alienum, aut eidem adferatur, nomina sua ei subscribant, volunt. Nec illud ipsis novum aut mirum videri debere, quod comites ipsi in libri praefatione idem facturi sint, quorum exemplum in eo sequantur. Ne coniectura quidem assequi possim, qua ratione acciderit, quod *Guilielmus*, consilia sua a fratrum consiliis seiuungens, *Franckenbusanas* ecclesias tum vel plane non convocarit, vel saltem cum reliquis non iusserit convenire. Sed deinceps dicam, quid verosimile videatur. Congregati quidem doctores nihil omittunt, quod suarum fuit partium. Librum propositum studiose quisque & seorsim legunt, & praelegi sibi, idque non unis vicibus, in consessu curant. De controversiis, in eodem definitis, inter se multum varieque disceptant, & qua ratione omnia literarum sacrarum testimoniis confirmantur, accurate inquirunt. Tum vero, postea quam omnia ad verbi divini normam, tanquam iustissimam exegere libram, recteque cum eodem congruere, deprehendunt, summo & amico plane consensu sententiam dicunt, dictamque comitibus suis (y) scribunt. Sunt autem capita scripturae huius duo.

C 2

Primum

(y) Auff gnädigen Beuehl der Wohlgebornen vndt Eblen Herrn, Herrn Günthern, Herrn Hans Gündtern, vndt Herrn Albrechten Gebrüßern der vier Graffen des Reichs, Graffen zu Schwarzburg, Herrn zu Arnstadt, Sondershausen vndt Leuttenberg ic. vnserer gnädigen Herren haben wir hernach benante, Ihrer Gnaden Superintendentens, Pfarrherr, Prediger vndt Diener, des heiligen Göttlichen Worts, In Kirchen vndt Schulen, der dreyer Ort, Schwarzburgischen Herrschafften, Als Arnstadt, Sondershausen, vndt Müdelstadt, sampt denen dortanen gehörigen Emptern, Stedten vndt Dörfern, In schuldiger Dnterthenigkeit vndt Reuerenz zu vnsern Henden empfangen das Buch, so genendt wirdt Formula Concordiae, In Sachen vnser Christlichen Religion betreffendt, welches Buch Ihren Gnaden vorgangenes 77. Jahr zu Sangerhausen, wie auch den andern Hartz Graffen vndt Stedten daseibst versamlet, aus Gnädiger Anordnung des Durchleuchtigsten vndt Hochgebornen Fürsten vndt Herrn Augusti Churfürsten zu Sachsen, vnseres Gnedigsten Herrn, ist vberantwortter worden, mit Gnedigen Beuehl das wir solches Buch mit Bleis lesen, bewegen vndt vrtheilen wolten,

ob

Primum uno ore fatentur, quae in propositi libri articulis duodecim

ob was dorinnen bedenklichen anzunehmen oder nicht, vndt ob jemandt in diesem Buch einigen Mangel spuren würde, das derselbe ohne alle Schew seine Meinung davon frey berichten, vndt anzeigen sollte. Were aber dorinnen nichts zu befinden, das der Göttlichen Arbeit, vndt der Heyligen Schrifft zu wider, das er solches Buch, wie auch Ihrer Gnaden Nahmen der Praefation vnterschrieben werden sollen, mit seiner Handt vnterschreiben wollte, welchem allen gehorsamlich nachzuleben wir vns schuldig erkandt. Demnach wir solches Buch, wie es nach dem Buchstaben vns vberantwortet, vndt dasselbe ad mundum vmbgeschriben hierbey gebunden zu befinden in vnsrer gemeinen, auch sonderbahren Versamlungen mit Anrufung Göttliches Nahmens in der Furcht Gottes, zu etlichen mahlen, auch mitt Weis verlesen gehöret, vndt haben dasselbe erwogen, vndt mitt dem Rechten vndt vnsehlbaren Probierstein Göttliches Worts oberlegt, so viel Gott der heilige Geist vnsrer Schwachheit Gnade hierzu gegeben, vndt nach wohlbedachter dieser hohen Sachen Gelegenheit, thuen wir hierauff vnser eintrechtiges Bekenntuß, wie volgt:

Fürs Erste, bekennen wir einmuthigk, das die Tractation der zwolff Artikel in Thesi vndt Antithesi, wie dieselbige beydes in dem fordersten kurzen Extract, vndt darauff folgenden weitläufftigen Erklärung dargethan wirdt, dem heyligen Göttlichen Wort, den Schrifften der heyligen Propheten vndt Aposteln, den dreyen Heubt Symbolis, der Augspurgischen Confesion, welche dem Keyser Carolo V. Anno 30 von den Protestirenden Stenden ist vberantwortet wurden, vndt derselben Apologiae auch dem Schmalcaldischen Articulu vndt Catechismus D. M. Lutheri inmassen auch der Lehre, so wir in vnsern beuohlenen Kirchen mitt Gottes Verleihung führen, allerding gleichformigk vndt gemes ist vndt ist in solchen Buch vnserß Wissens, nichts falsches verdeckt, noch warhafftiges der Göttlichen Schrifft verschwiegen.

Zum Andern obwohl in dieser Schwarzburgischen Herrschafften Kirchen, der gesagten zwolff Artikeln halben niemals eine Irrung oder Streitt entstanden, sondern Gott aller Gnaden sein vortreffliches Auge vndt rechte Handt vber diese Herrschaffts vndt Kirchen gnediglich gehalten, das sein heyliges Wort die Artikel vnserß Christlichen Glaubens die Lehre, vndt Gebrauch der Hochwürdiggen Sacramenten nach der Einsetzung vndt Beuehl seines lieben Sohnes vnserß Herrn Jesu Christi, sampt den Christlichen Ceremonien wie dieselbige von Anfang des gesegnenbarten Bestlichen Breuels, vndt Erscheinung des seligmachenden Lichts seines heyligen Euangelij durch den trewen Bergzeug Christi D. M. Luther an den Tag kommen vnerrückt, ohne alle Corruptelen oder Secten in Christlichen Friede (dafür wir seiner Göttlichen Maiestadt für vielen Andern benachbarten vndt Anstößenden Kirchen die diesen seligen Friede eine Zeithen nicht gehabt, Sonderlich hoch zu danken vndt zu loben) bis daher geblieben, So erkennen wir vnns doch schuldig vndt ganz wil-

decim & doceantur & refutentur, prouti haec ipsa initio per compendium in *Epitome* praecipiantur, tum vero in *declaratione solida*, quae adiuncta ei est, discutiantur amplius, cum sanctissimo verbo Dei, Prophetarum Apostolorumque sanctorum libris, ecclesiae praescae symbolis, Confessione Augustana, quae ab ordinibus Protestantibus anno c15 Io XXX. *Carolo V.* tradita sit, huius Apologia, Articulis Smalcaldicis, duplicique b. Lutheri Catechismo, & quod hic rei caput erat, cum doctrina ecclesiarum suarum perpetua, per omnia recte consentire, nec, quoad quidem sibi licuerit rem indagare, quicquam in eodem libro falso aut infidiose tradi, aut, quod ex sacro codice vere dici oportuerit, taceri. Deinceps vero declarant, quamvis in ecclesiis suis his in duodecim articulis doctrinae sacrae nulla unquam controuersia extiterit, sed doctrina Christiana, ritus sacramentorum sanctissimi, ipsaeque caeremoniae, quemadmodum inde a Papatu debellato omnia constituta & composita sint, ita facta, recta integraque sine omnibus corruptelis sectarumque vitiis, idque semper, fuerint conservata, & hac de causa ipsi prae vicinis ecclesiis plerisque maximas diuinam clementiam celebrandi habeant causas, se tamen & decere & omnino velle veritati diuinæ, atque ipsi libro, sibi tradito, si, quemadmodum ea de re non dubitant, nullo modo posthac immutetur, suffragari, illudque nominum suorum subscriptione animo uno testari. Haec illi. Certe si inde a prima origine sacrorum instauratorum rem repetamus, ecclesias Schwartzburgicas sub singulari Numinis optimi tutela fuisse, comperimus. Nomina potius dissidiorum internorum, quae ecclesias alias turbarunt, quam dissidia ipsa ibi audita sunt. Et pacis Pal-

C 3

ladi-

willigt der Göttlichen Wahrheit vndt diesem Buch (Wo ferne es in dem Tenor vndt Worten, wie es vnns ist sůrgelegt worden vuerendert vndt reine, Als wir dann nicht zweiffeln wollen, publicirt wird) In Christlicher eintrectigkeit in Gottes Nahmen zu vnterschreiben, mit herzlichen demurthigen Gebeth der Vatter Vnsers Hēren Jesu Christi wolle dieses hohe Ehrlichē Werck richten vndt fůhren zu der Ehre seines heyligen Göttlichen Nahmens, zu uertilgung aller Irriger vndt falscher Lehre zu derselbigen Ruhe, vndt zu dem Friede seiner Kirchen vmb welchen Friede sein Eingeborner lieber Sohn vnser Hērr Jesus Christus in heisser Liebe bitet, das wir in Ihme einig sein mōgen wie er mit seinem himlischen Vatter einig ist Amen. Nomina autem pastorum exemplo nostro subscripta non sunt

ladium, quod ecclesiae istae pridem sibi vindicarunt, hic quasi domesticum esse & habere sedem videtur. Cum autem postremae controversiae, quae etiam nunc ecclesiam vexant, tranquillitatem illam alicubi interrumpere minarentur, illud tentatum potius, quam confectum est. Quae felicitas ut perpetua illis sit, religiose precamur. Cum autem Formula Concordiae non solum ad controversias sopiendas, sed etiam ad consensum doctrinae indicandum pertineret, omnino aequum fuit, ut doctores *Schwartzburgici*, licet longissime ab illis dissidiis abessent, de veritate divina testimonium edere ne dubitarent. Illi autem non tam, quod iussi erant, Formulae Concordiae nomina subscribunt, quam subscribere pollicentur. Quae cunctatio, alias reprehendenda, hic laude omni non indigna esse omnino videtur. Cum enim Theologi nostri scirent, Formulam Concordiae ex ecclesiarum aliarum sententiis subinde in quibusdam verbis adhuc mutari emendarive, atque, uti sunt mutabiles hominum animi, mutatione hac hominum culpa vitium contrahere facile posse, satis erat, nisi doctrina libri, quod fore confidunt, variaretur, subscriptionem largiter promississe

§. 8. Illa autem sententia doctorum *Schwartzburgicorum* de Formula Concordiae sic dicta, concepta est, quod eiusdem inscriptio in tabulis publicis docet, verbis M. CHRISTOPHORI HELMERICI, *Antistitis Arnstadiensis*. Cuius viri opera cum multa & omni laude dignissima in hoc negotio fuerit, non alienum ab instituto nostro esse videtur, quis qualisque fuerit, paucis explanare. Honestissimo patre, LAURENTIO HELMERICO, *Zittaviensi senatore*, natus (z), literarum studia haud infeliciter *Lipsiae* didicit. Cuius diligentiae ferens praemium, anno c1o 1o XXXXV Baccalaurei honore a praeceptoribus suis ibidem ornatus est. Eundem decem abhinc annis *lenensis* ecclesiae diaconum fuisse reperimus. Anno c1o 1o LVI idem commemoratur in rationibus lechaburgensibus, in quibus, quae stipendia sacerdotibus *Sondershufanis* soluta sint, recenseri solet. Ex quo intelligitur, eundem iam tum *Sondershufana* sacra curasse. Quo munere, utrum diaconi, an, quod tempore illo solenne erat, concionatoris temporarii functus sit, non

(z) Vid. Carpzovius in Annal. Fast. Zittav. P. 3. c. 7. p. 121

(a)



non liquet. Fuit quoque per aliquod tempus (a) pastor *Dornburgi*. Sed postea maioribus rebus praeesse coepit. Nam clō Io LXII Vinariam a IOANNE GVILIELMO, *Saxone Vinariensi duce*, vocatus est, ut ipsi a concionibus sacris in aula esset. Sed cum ibi a *Cryptocalvinistis & Philippistis* omnia turbarentur, ipse, in exilium missus, Ienam secessit. Extant enim eius literae supplices, ad GÜNTHERVM, *Schwartzburgensem*, anno clō Io LXXVII datae, in quibus huic gratias agit pro munere publico, sibi aliisque exulibus sacerdotibus clementer promisso, & se *Vinariensem* antea pastorem & antistitem fuisse, iam vero *Ienensem* exulem & hospitem esse (b) dicit. Nec spes, a GÜNTHERO ipsi facta, eum fefellit. Nam sub anni huius finem (c) *Sondersbusam* accersitus, sacris ibi praefectus est. Magna hic cum autoritate & singulari cum ecclesiarum fructu sacro-

(a) Sequor in serie munerum publicorum eius ordinanda cel. Carpovium l. c. licet Matthaens Zimmermannus, Rector Sondershusanus & autor, nostro coaeuus, in tumuli Helmruciani inscriptione primum eum Vinariae, tum vero Dornburgi sacra administrasse recenseat. Sed hac ratione in literis, quas ad Guntherum dedit, & tabularium publicum adhuc servat, anno 1567 se exulem Vinariensem nominare non potuisset. Ita autem canit Zimmermannus:

Christophoro posita est haec pyramis Helmerico,
Sincero & forti pectore Theologo.
Vinariae Princeps miratur flamina linguae,
Qua, linquens Ienae templa sacrata, docet.
Post Dornberga virum sibi poscit & impetrat, immo
Nil habet in votis quam retinere virum.
At nostri comites & plurima vota Senatus
Sondershusani praesciunt ovibus.
Has quanto fuerit Pastor complexus amore,
Testis adest civis, testis Olympus adest.
Herconis tandem post ultima fata, supremus
Audiit & mansit praesul in Arntadio.
Nil cathedra docuit quam Christi lythra Mesitae,
Et, quae credentes ducit ad astra, viam.
Peste furenti nimis, sub finem pestis & ipse
In Christi cessit cognitione sui.
Testor ego; trepide qui construo testamentum,
Quod tunc in calamus distat ille meum,
Pyramidem quisquis spectat, laessisse caveto.
Dic bonus: Helmruci molliter ossa cubent.

(b) Christophorus Helmericus, weyland Pfarrer und Superintendenten zu Weymar, iexo zu Iena Exul und Hoispe

(c) In computo senatus Sondershusani recenseatur, ipsum in vigiliis Festi Circumcisionis anno 1568 Iena & Vinaria vectum, & pro vectura atque victu 35 florenos 11 grossos & 2 nummos solutos esse

sacrorum curam egit. Huius in primis, si abs Deo discesseris, curae & prudentiae debetur admirabilis illa concordia, quae, cum plerorumque Theologorum animi inter se alibi dissiderent, in ecclesiis *Schwarzburgicis*, quoad ille vixit, perpetua fuit. Huius comites plurimum fidei sunt, ita ut, cum Arnstadium ad D. NICOLAI HERCONIS praesulis, quem inde a sacris restitutus secundum numerant, locum obtinendum evocaretur, ipsum abire prius non paterentur, quam ecclesiarum scholarumque, quae in comitatu *Schwarzburgico inferiori* erant, rationibus exploratis, quid emendari aut institui e re ecclesiae esset, indicasset. Iure enim iudicarent, qui maxime ecclesias nosset, eundem vitia earundem optime indagare posse. Quo factum est, ut demum mense Decembri anno c1o 1o LXXIV. *Arnstadium* se potuerit conferre, atque, cum hic iam esset, multa egregia illis quoque in ecclesiis egerit, quae ad *Arnstadiensem* ditionem non pertinebant. Idem hic cum veritatis divinae tuendae causa tanta antea passus esset, quo studio quaque animi alacritate eundem id deinceps egisse censet, ut Formula Concordiae, tanquam veritatis coelestis tessera, *Schwarzburgicorum* suffragiis confirmaretur. Qua in re ille unus plurimum laboravit. Quibus rebus tantam gloriam & nominis celebritatem adeptus est, ut anno c1o 1o LXXXI, quod in tabulis publicis invenimus, Superintendentes Generalis comitatus *Schwarzburgensis* appellaretur. Quod ante eum aut post eum nemini contigisse memini, huic autem uni tribui haud difficulter poterat, regimine terrarum illarum, licet plures essent comites, nondum diviso. Etsi autem iis viribus corporis & animi erat, ut ad senectutem summam pervenire facile posset, tamen, anno c1o 1o LXXXII pestilentia, quae tum *Arnstadii* grassabatur, correptus, d. 14. Sept. mortuus, die decimo sexto eiusdem mensis in coemeterio sepultus est. Vir fuit doctrina insigni, & qui, pro veritatis defensione omnia pericula subire & quaevis mala tolerare, gloriosum putavit, & quod vere gloriosum est, cum doctrinae castitate vitae sanctissimae integritatem coniunxit.

Wittenberg, Diss., 1732

VD 18

ULB Halle

3


004 574 621



58-706

Nov. 11. 9. Schul. v. K. v. 1. f.







DISSERTATIONEM HISTORICAM
DE

1772

21/25

SANGERHVSANO CONVENTV

FORMVLAE CONCORDIAE
CAVSA HABITO ET EADEM IN
SCHWARTZBVRGICIS TERRIS

APPROBATA

A. O. R. MDCCXXXII. d. APRILIS

PRAESIDE

M. MICHAELE HEINRICO REINHARDO

FAC. PHILOS. ADIVNCTO

DEFENDET

IOH. GODOFRED. HEECKIVS

SS. THEOL. STUDIOVS

VITEMBERGAE

TYPIS EPHRAIMI GOTTLOB EICHSFELDII

3.